

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6659

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Biddlesden (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1153-1154, avril]

Lieu d'émission : Leicester

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de Henri, duc de Normandie et d'Aquitaine, comte d'Anjou, pour l'abbaye de « Bitlesden ».

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LXII*, t. 1, p. 69-70.

Dissertation critique

« 1153-commencement d'avril 1154 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 69.

Texte établi d'après a

Henricus, dux Norm[annorum] et Aquit[anorum], et comes And[egavorum], omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus amicis et fidelibus suis Normannicis et Anglis, salutem. Sciatis me concessisse et confirmasse donationem illam quam Ermaldus de Bosco fecit Deo et monachis de ordine Cisterciensi de manerio de Betlesdena cum omnibus appendiciis suis, ad fundandam ibidem abbatiam ordinis Cisterciensis, et de tribus carrucatis terre in Sigeresham que vocatur Marieland, et quicquid ad eas pertinet, et totam terram de Witefeld et de Dodeford, et quicquid ad illas pertinet, et totam terram de Westcote et terram Osberti de Wanci et Willelmi de Bolebec, scilicet Blacaham, et quicquid ad illas pertinet ; et confirmo omnia illa que eis in elemosina data sunt vel que ipsi mercati sunt. Quare firmiter precipio quod supradicti monachi predictas terras bene et in pace et libere et quiete et honorifice teneant et habeant in perpetuam elemosinam, in bosco et plano, in pratis et pascuis et omnibus aliis rebus et locis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus eisdem terris pertinentibus, sicut alie ecclesie ejusdem ordinis sive in Anglia sive in Normannia melius et liberius tenent ; et volo et firmiter precipio ut sint quiete de sciris et de hundretis, et placitis et querelis et occasionibus et auxiliis et operationibus, et murdris et denegeld., et omnibus aliis geldis et hidagiis, et omnibus consuetudinibus corone mee pertinentibus. Et precipio quod monachi, qui ibidem Deo serviant, bene et in pace, libere et quiete teneant, quietas et solutas omni seculari servitio, ne aliquando aliquis inde requirat consuetudinem ullam.

Testibus : Roberto comite Legecestrensi, Ermaldo de Bosco, Gisleberto de Laceio, Hugone de Pir., Wigano de Walengeff[ord], Roberto de Juvineio, Godefrido de Quatremar., Herveo marescallo.

Apud Legecestriam.